

aduenire. nec consumpturus erumnosos. sed mitiga-  
turus erumnas. Qui baptizare in spū scō & igni. qui  
gratiam tribueret. peccata consumeret. Ergo in spe-  
cie ignis dī. In actibus quoq. apostolorum. cum su-  
pra fideles scī spī decidisset. ignis species videba-  
tur. Sic enim habes. Et factus subito de celo sonus.  
tamquam aut magna spī ferretur. & repleuit  
totam domum. ubi erant sedentes. & visē sunt illis  
disperse lingue tamquam ignis. Unde & illud.  
quando & gedeon superaturus madian. trecentos  
viros iussit hydrias sumere. & in hydriis faces ar-  
dentes habere. & in dexteris tenere tubas. Ita nri  
acceptum ab apostolis seruauere maiores. quod hy-  
driae sint corpora nra. figurata delimo. Quae timo-  
rem non norunt. si feruore gratiae spiritalis ignes-  
cant. & dñi ih̄v passionem. canore vocis confessio-  
ne testentur. Quis igitur diuinitatem scī spī  
dubitet. cum ubi spī gratia sit. ibi species diuinita-  
tis appareat. Quo testimonio. non diuersitatem.  
sed unitatem diuinae colligimus potestatis. Nam  
quemadmodum potest esse discretio potestatis.